

Christus scri-
bebat in terra

41.

Daniel. 5.
Alb. Magnus.
Cathuf.

Peccata con-
tra religionem
& templum
indelebilia
manent.

42.

Chrysolog.

Plus proficit
ad emenda-
tionem com-
miseratio,
quam rigor.

43.

Cyrill.

Ante senten-
tiam res aliè
examinanda.
Glossa.
Anton. Vlyf.

& aliis citatis superiori quaestione dicendum est, quod scribebat in puluere, qui praeexistebat super lapides pavimenti, ducto digito litteras delinens, & ad hoc cogunt verba Evangelistae. Scribebat in terra.

Illud tamen notandum, quod quando Baltazar iussit in suo conuiuio, ut afferrentur vasa aurea, & argentea templi Ierosolymitani. In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis in superficie parietis aulae regiae, Daniel. 5. num. 5. Et ut aduertunt Albertus Magnus, Carthusianus, non atramento, sed excavatis lapidibus per scissionem fiebat scriptura, modo verò in puluere scribit Christus peccata illorum hominum, vel mulieris, de quo quaestione sequenti. Delicta mulieris, vel illorum hominum ex debilitate nostrae conditionis. Baltazaris verò crimen contra cultum, & templum Dei, etsi peccata ex humana fragilitate, tanquam in puluere depicta cito praetereunt, & obliuiscuntur: quae autem sunt contra Religionem indelebiter exarata, tanquam inculpta in lapide perpetuo perseverant, & durant.

Ad quaestionem cur in puluere scripserit, multas dedi de hac re rationes superiori quaestione, subiciam tamen hic D. Chrysologum, serm. 115. de synagoga iniquitatibus plena agens ait: *Quam cum vir tantus, (scilicet Deus) visam iusta indignatione despicere, & eam procul a sua societate propelleret, atque toto execraretur iudicio grauitatis, illa nec despecta erubuit, nec contempta se correxit, nec respuit sic repulsa, sed tota praecepta ad idolorum lupanaria conuolauit: hinc est fratres, quod cum in Evangelio a Scribis, & Doctoribus legis apud Dominum ista accusaretur adultera, auertit faciem suam Dominus, & declinauit in terram, ne crimen cerneret, quod puniret; maluit in puluere scribere veniam, quam dare in carne sententiam. Multis suppliciis Deus synagogam puniuit, ut habes cum iter ageret per desertum, ac cum sub iudicibus regeretur. Tamen nec ideo melior effecta, nec à fornicatoribus abhorruit, sed frequenter in adulteria idololatriae prolapsa est; hinc cum videret Dominus mulierem adulteram accusatam, se inclinat in terra scribens, eligens magis ex puluere, quo formata erat mulier occasionem ad indulgentiam sumere, quam seueram sententiam in illam exercere, sciens quod saepe plus proficit ad emendationem commiseratio, quam damnatio: nam rigor aliquando obduratorum reddit, quem benignitatis suauitas emollit, ac correptum facit.*

Cur digito scripsit? Respondet D. Cyrillus Alexandrin. lib. 5. in Ioan. c. 16. *Digito, ait, scribebat in terra, quo nobis ostendat, quod antequam iudicium feramus de proximo, ad veritatis inuestigationem condescendere, & animum inclinare debemus, & discretionis digito singula ad rem presentem attinentia prius discutere: alioquin recte iudicare non possumus, si praetermissa indagine veritatis, & examine diligenti proximum in publico iudicio aut absoluiamus, aut damnamus. Idem habent Glossa, D. Antonius Vlyssiponenis in sabbato ante Dominicam 4. & alij. Audita accusatione mulieris inclinatus se Iesus, & scribit digito, qui digito scribit singula metitur, & ponderat, instruimur à Diuino Magistro, quod antequam quis de proximo ferat iudicium, prius singula discretionis digito habeat in pondere, & mensura, ut bene perspecta veritate sententiam dicat.*

Tres Angeli ab Abrahamo recipiuntur hospitio in domo sua, postea verò peragunt ad puniendam Sodomam; ait sacer textus. *Cum ergo inde surrexissent, direxerunt oculos contra Sodomam.* Genes. 18. n. 16. Si Sodomam petebant ad quid notat Diuinus Spiritus, quod, in illam direxerunt oculos, qui enim aliqd tendit, eò oculos conuertit, ut satis planum est. Quorsum ergo illa exprimuntur? *Direxerunt oculos.* Secundum suam radicem non solum denotat quocumque modo aspicere, sed attentè, & multa efficacia, cum enim irent ad sententiam ferendam, ac ad supplicium infligendum infami ciuitati, dicitur quod *direxerunt oculos*, ut eos multa consideratione, ac examine cuncta inspexisse innuatur. Pondera, quod direxerunt oculos, non tantum cum ingressi sunt Sodomam, sed cum egrederentur è domo Abrahæ, quæ iuxta Andriomach, & alios plusquam vna leuca distabat à ciuitate, quia iudex totam rem debet rimare, non solum è proximo, sed etiam è longinquo, ac remoto, tanquam à sua prima radice; & processerunt ad hoc negotium non vnus Angelus, sed tres, quia quamuis iudex sit pollens scientia veluti Angelus, tamen in inuestiganda causa, debet agere non vt vnus, sed vt tres, & plures: sic tam circumspectè peragunt in hoc negotio Angeli Dei ministri, quamuis multiplicatus clamor Sodomæ, ad eum peruenerit, ibidem num. 20. vnde ait Innocentius 3. in quadam decretali. *Quod si per clamorem, vel famam ad aures superioris peruenerit desectus alicuius, nec semel tantum, sed saepe, quod clamor, & diffamatio inuunt, quod & debet coram Ecclesia superioribus veritatem diligentius perscrutari, & si rei poposcit aequalitas canonica, ultio fiat de culpa delinquentis.*

QVÆSTIO VII.

Quid Dominus scribebat?

MALDONATVS in presenti existimat Christum Dominum nihil scripsisse quod legi posset, nec certos aliquos characteres formasse, sed incertas, nihil quæ significantes figuras delineasse, quales homines meditabundi solent facere: tamen quod reuera Christus Dominus aliquid scripserat significationum communiter docent Patres, vt patebit ex dictis in hac quaestione. Deinde quia vt multi codices Græci habent: *Non fingens, non simulans*, significat quod Dominus non fictè illud fecit, sed quod verè scripsit litteras.

Primò respondet D. Hieronym. lib. 2. contra Pelagian. cap. 6. ait: *Digito Iesus scribebat in terra; eorum videlicet, qui accusabant, & omnium peccata mortalium.* Glossa Interlineal. *Scribebat in terra peccata eorum.* D. Bonauent. lib. de vita Christi cap. 68. *Erat igitur illa scriptura tanta virtutis, vt quilibet eorum cognosceret in ea sua peccata.* Idem docent D. Antonius Vlyssiponenis homil. in sabbato ante Dominicam 4. Quadrages. Albertus Magnus, Lyran. Hugo, & alij, qui dicunt, quod erant veræ literæ, vel figuræ quædam, vt inquit Lyran. Hugo, quæ diuina virtute habuit efficaciam, & vim representandi vnicuique sua peccata, per quæ iudicandus erat, ita vt quilibet sua propria delicta legeret, non verò alterius: sicut vox Apostolorum, quæ licet tantum fuisset Hebraica, tamen secundum quod proferebatur ad diuersos audientes

44.
Genes. 18.

Iudex pro-
funde multi-
pliciter rem
discutiat.

Andriom.

Innoc.

45.
Maldonat.

Christus verè
scribebat.

46.

Hieron.

Interlineal.

Bonauent.

Anton. Vlyf.
Alb. Maga.

Lyranus.

Hugo.

Scribebat pec-
cata accu-
santium.

Salutaria nò
in perniciem
transmutanda.

49.
Hugo.

Luxuria se-
mel gustata
illecebra ro-
lapius.

50.
Ambros.

47.
Superior sen-
tentia proba-
bilio.
Luc. 12.

48.
D. Thom.

Lyran.
Ambros.

Ierem. 22.

Cathuf.

Salutaria nò
in perniciem
transmutanda.

49.
Hugo.

Luxuria se-
mel gustata
illecebra ro-
lapius.

50.
Ambros.

audientes habuit virtutem immutandi auditum secundum diuersa genera linguarum, vt factum legitur die Pentecostes.

Hæc sententia inter cæteras referendas mihi probabilior, quia si Christus Dominus tantum à se repellere volebat iudicium, poterat dicere, vt respondit apud Luc. 12. *Quis me constituit iudicem super vos?* Atqui in presenti quidam rari, & admirabiles effectus apparent. Nam Pharisei venerant tentantes, subitò, & inopinatò obmutescunt, & cum adduxerunt mulierem, quàm ex lege nouerant damnatam, eam solum absque vllò supplicio relinquunt, valde miri sunt hi effectus, quænam eorum causa, nisi quod Deus in illa Scriptura, ac literis eorum peccata illorum menti obiecit, ex quorum notitia multo pudore, ac confusione repleti abcesserunt. Instabis. Christus Dominus eis dixit. *Qui sine peccato est vestrum*, &c. Et Euangelista subdit. *Audientes hæc vnus post vnum exierunt.* Vbi discessum Phariseorum his verbis tribuit. Respondetur, quod Christus dixerat. *Qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat.* In illa Scriptura viderunt sua peccata, ac proinde cum apertè agnoscerent se non esse sine peccato, ideo eorum conscientia stimulante, & diuina virtute operante percussu abierunt.

Secundò. Aliqui apud D. Thomam, quod ipse iudicat probabilior. Scripsit eadem verba, quæ protulit scilicet, *qui sine peccato est vestrum*, &c. quod etiam existimat Lyranus, quando primò scripsit. Tertio. D. Ambrosius Epistol. 56. *Quid, ait, scribebat, nisi illud propheticum. Ierem. 22. num. 29. iuxta Septuaginta: Terra, terra scribe hos viros abdicatos.* Quod de Iechonia ad litteram dictum est, per quod significabat Dominus Phariseos esse damnatos. Quarto. Carthusianus ait quod scripserit. *Terra indicat terram*, id est peccator peccatorem. Quintò. Horum aculantium peccata non voce proferuntur, vt circa alios legitimum factum, sed scriptura exarantur indelebiter, ad eorum æternam damnationem designandam, sed cur tam acerbè erga illos se Dominus habet? Conuenerunt ipsi ad Dominum mulierem adducentes, & dicebant. *Moses mandauit nobis in lege huiusmodi lapidare, tu ergo quid dicis? hoc autem dicebant tentantes eum, vt posset accusare.* Legem habent in ore, non vt illius obseruantia, ac intelligentia studerent, sed vt Christum accusarent; meritò ergo rigide Dominus in eos inuehitur, cum legem, quæ erat pro omnium salute data, ipsi in anam detractionis, & calumniæ inuertrent. Vide cap. 17. quæst. 1.

Quintò. Hugo Carenis ait: *Dicunt alij quod secundo scripserat penitentiam mulieris*, Mulieris penitentia in puluere scribitur, quæ facile leui aura, vel prætereuntium vestigiis obliteratur, cur non potius in marmore, vel in silice ad perpetuam memoriam, & perenne exemplum? O facilis relapsus prælagium, etsi aliorum delictorum penitentia, vt valde firma in adamante exaretur, tamen mulieris adulteræ in puluere scribitur; valde periculosa est perseverantia illius penitentia, qui libidini indulsit, etsi breui momento ab scortis se abstineat, tamen leui temptationis aura totum aboletur, & ad vomitum redditur: nam semel gustata libidinis voluptas; illecebra est, vt facile ad luxum relabatur. Vide infra cap. 23. quæst. 4.

Sextò. D. Ambrosius Epistol. 76. *Scribebat in Sylueira in Euang. Tom. I V.*

terra, ait, quid? utique dicens festucam, quæ in oculo fratris tui est, vides, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non vides; Quodnam erat crimen, quod Pharisei mulieri obiecebant, & Christus Dominus festucam in presenti appellat; adulterium nempe. Adulterium valde execrabile est nefas apud omnes nationes; quomodo ergo à puritatis magistro festuca appellatur? Circumsepta stabat mulier suis accusatoribus omni nequitia, & malitia repletis, & quæ aliàs multo supplicio erat digna, inter sceleratos illos quasi munda apparebat.

Fugit Dauid à facie Absalon, quod cum agnouissent sacerdotes, & Leuitæ portantes arcam fœderis Domini exierunt ei obuiam, vt regem comitarentur: *Et dixit rex ad Sadoc. Reporta arcam Dei in urbem.* 2. Reg. 15. num. 25. & postea subditur num. 29. *Reportauerunt arcam Dei in Hierusalem.* Cur Dauid tanta necessitate, ac periculo urgente, non vult secum habere arcam Dei, quæ totius populi erat tutamen, ac munimen? Theodor. quæst. 30. sic loquitur in persona Dauid: *Non possum, ait, mecum circumferre accusatorem.* Hinc audio non machaberis, non occides: ego venerandam conculem legem. Ipsa arca sanctitas, ipsaque lex in ea inclusa Davidis peccata arguebant, vnde elegit potius tanto præsidio carere, quàm suæ iniquitatis habere testem, & proclamatorem.

Ficulneam habebat vir ille bonus plantatam cum sua vinea, & cum venisset quærens fructus, & non inuenisset, dixit ad cultorem vineæ: *Ecce anni tres sunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo illam.* Luc. 13. num. 7. Cur tam benignus, & clemens Dominus patiens in multa misericordia sic tanto furore exardescit infici arborem, cur in sua ira non interponit maiorem temporis moram? Stabat ficulnea in fertili, & pingui vinea, cuius florentes palmites arborem infructiferam accusabant, & damnabant. Gillebertus Abbas serm. 23. in Cantic. *Forstian, ait, ficulneam illam sterilem, quam Dominus iussit succidi, fertiles de vicino vinea condemnabant.*

Ioan. 8. n. 7. Cum ergo perseverarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis: qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.

Num 8. Et iterum se inclinans scribebat in terra.

VERSIONES.

Græcus n. 7. Et erectus ait ad eos.
Vatablus. Quis vestrum immunis est à peccato, primus in illam lapidem iaciat.

Arias. Iterum deorsum se inclinans.

EXPÓSITIO IV.



Vt ergo perseverarent interrogantes. Arbitrabantur Pharisei Christum Dominum responsum differre, eo quod anxius esset quid responderet, nam si mulierem absolueret, legem violaret; si eam condemnaret, suam soliram misericordiam offenderet; ideo insolentes facti Pharisei tanquam si eum tenerent in captiua

AA 2 quæ

Alb. Mag.
Hugo.

Gracus.

Deuter. 17.

Lucas Burg.

Glossa.
Beda.
Haymon.

54.

Hieron.
Alcuin.

D. Thom.

Numer. 23.

August.

QVÆSTIO VIII.

Quare Christus mandauit, quod ille, qui sine peccato esset, primus in mulierem lapidem iniiceret?

55.

Carchuf.

Prouerb. 21.

56.

Augustin.

quæstionem vrgent ad responsum. *Erexit se.* Albertus Magnus: *Iudicis rectitudine.* Hugo: *Iudicans eis ut legerent quod scripserat*, & ait ad eos, *Qui sine peccato est.* Vox Græca duo significat. Primò eum, qui est impeccabilis, qualis est solus Deus. Secundò eum qui caret peccato, & hoc modo hic accipitur. *Primus.* Deuter. 17. num. 7. *Præcipiebatur, ut manus testium prima interficiat eum*, scilicet delinquentem, & Pharisæi adduxerant mulierem tanquam testes deprehendentes eam in delicto, & ideo eis mandatur, quod ille, qui sine peccato est primus lapidem mittat. Notant tamen Lucas Burgensis, & alij, quod hæc lex testium non perpetuò videtur obseruata; idè potest esse sensus: *Quis ex vobis, siue sit testis siue non, qui immunis est à peccato.* *Primus in illam lapidem mittat.* Glossa, Beda, Haymon inquit, *iustitia est hæc sententia*, ò ineffabilis Dei sapientia commiscens misericordiam cum iustitia, obstruxit os loquentium iniqua; legem seruauit, mulierem absoluit, & Pharisæos confudit. In eoque vincti sunt, in quo Christum vincere cogitauerunt, nam volentes Christum ostendere contrarium legis, ipsi legis transgressores sunt probati, multis iniquitatibus obstricti.

Iterum se inclinans, tanquam rediens ad illud suum opus meditatum, à quo eorum importuna interrogatione fuerat reuocatus. Et ut primò ait D. Hieron. lib. 2. aduers. Pelagian. cap. 6. *Dedit, ait, verecundia eorum clementissimus iudex spatium recedendi.* Alcuinus: *Potest intelligi*, ait, *fecisse hoc Dominus iuxta consuetudinem, aut quasi aliud agens, vultu intendens in aliud liberam eis exeuendi facultatem daret*, oculos defixit in terra dans spatium, ut absque verecundia recedant. D. Thomas præter hanc alias duas assignat rationes. Primò, ait, *ut ostendat sua sententia firmitatem.* Num. 23. num. 19. *Non est Deus quasi homo ut mentiatur, nec ut filius hominis ut mutetur.* Quasi innuat Sanct. Doctor, quod Christus suam sententiam scribebat. Secundò, ut ostendat eos sua visione indignos. Vnde cum eos zelo iustitiæ percussisset, non dignatus est eos attendere, sed auertit ab eis faciem. Augustinus sermon. 94. de tempore, ait, quod Christus leuauit oculos suos, inspexit terram, & fecit eam tremere; de quo quæst. 10. dicam.

seiplos intrinsecus non persequuntur. Adulteram videbant, se non respiciebant. Insultabant Pharisæi super mulierem adulteram, eam accusantes, Christus Dominus sua responsione, *Qui sine peccato*, &c. eos cogit ut in semetipsos intro-mittant, & seque metipsos considerent, qui enim se ipsum intropicit, à multis circa alios se abstinet.

Ex his soluitur incidens dubium, nam ex dictis Christi: *Qui sine peccato*, primus in illam lapidem mittat, videtur sequi, quod nullus potest munus iudicis exequi, omnes enim homines sunt infirmi, & peccatores, de quo dubio tractat D. Antonius Vlyssippon. Sabbato ante Dominic. 4. & missis multis respondeo quod Christus Dominus hanc sententiam non retorquet in iudices, sed in Scribas, & Pharisæos, qui quasi homines priuati, tanquam magni legis zelatores non valentes aliquem illius transgressorem sustinere, hanc mulierem ad Christum adducebant, ut eum arguerent tanquam dicentem contra legem, vel contra suam solitam misericordiam, tunc præclare Christus Dominus qui venerat omnes peccatores saluos facere, in eo reflectit argumentum, ac si diceret: Vos qui tantum gloriamini de custodia legis, ut magni illius obseruatores, qui sine peccato est ex vobis primus, &c. quod illis obiecit Christus, ut mulierem liberaret, nam si Pharisæi eam condemnassent, Christus illam non absoluisset.

Secundò respondet Carchusianus. Quod cum Christus dixisset: *Qui sine peccato est, primus*, &c. Id est, si vultis ut puniatur delinquens secundum rigorem legis, puniatur, & secundum congruum ordinem iuris, decet enim iustitia à iustis executioni mandari. D. Ambros. Epistol. 76. *Quid tam diuinum*, ait, *quam ista sententia, ut is peccata puniat, qui ipse expers sit peccati, quomodo enim ferus alieni ultorem, & proprii criminis defensorem.* D. Cyrillus Alexandrinus lib. 5. in Ioan. cap. 16. *Iussit*, ait, *Moses adulteras lapidari secundum legem*; sed ab iis dumtaxat, qui sunt obseruatores legis, non præuicariatores. Non enim fas est neque iura sinunt transgressorem legis ab eisdem transgressoribus vindicari. Non prohibeo lapidari mœcham; sed nolim, id ab iis fieri, qui non minus, quam ipsa, aut grauius legem conculcauerint. D. Augustinus tract. 33. in Ioan. *Andistis*, ait, *impleatur lex, lapidetur adultera: sed nunquid in illa lex puniendus est à puniendis?* Valde indecens est, ut iudex si sit reus, alium eiusdem criminis reum damnet, his admonetur iudices à Christo ut puram, & innocentem vitam agant.

Satis notum est, ut patet Numer. 25. num. 1. Quod Madianitæ per filias suas prouocauerunt Israelitas ad fornicationem, ad idololatriam Beelphegor ea intentione, & mente, ut eos postea, utpote à Deo desertos, ut notant ibi Abulenſis, Lyranus, & alij, eos inuaderent, & caderent; postea verò quatuor, vel quinque annis elapsis, vel etiam plus iuxta varias computationes, quas modò non discuto: Ait Deus Moyſi: *Vlscere prius filios Israel de Madianitis, & colligeris ad populum tuum.* Numer. 31. num. 1. Cur hæc vltio non statim sumpta est ex Madianitis; quando tunc scelus perpetratum; siquidem sub eo tempore, qui ex Israelitis deliquerunt statim pœnas exoluerunt, peste; igne, vel alia simili plaga immisa à Deo, ut colligunt Expositores ex illo Numer. 25. num. 8. *Cessauit plaga à filiis Israel.* Cur non etiam contra Madianitas statim mouetur bellum

Qui alios accusat, seipsum consideret.

57.

Incidens dubium.

Anton. Vlyſ.

58.

Carchuf.

Ambros.

Qui alios castigat, ex se primo scelera abiciat.

Cyrill.

August.

59.

Numer. 25.

Abulenſis.

Lyranus.

Numer. 31.

Numer. 25.

Qui alios puniunt, expiati sunt à crimine.

Gregor.

60.

Iudic. 7.

Aliorum censores viri sunt expertes.

Philipp. Ab.

bellum, ad quid illis pœna, & mors differtur? Per tantum tempus vltio Madianitarum dilata est, donec prius vltiores à peccatis mundarentur. Cum enim Israelitæ multò scelere essent coinquinati, interponitur tempus, ut prius ipsi castigentur, ac emundentur, tunc expiati ad supplicium, ac vindictam contra Madianitas procederent. D. Gregor. lib. 1. Moral. cap. 13. *Ordo*, ait, *erectionis in bono est: ut primum contra nos, postmodum contra erigamus.* Contra nos erigimus, quando mala propria recognoscimus, districta nos poenitentia vltione ferimus.

Ad pugnam eligit Gedeon bellatores: *Diuisit trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenasq; vacuas, ac lampades in medio lagenarum.* Iudic. 7. num. 16. Et Gedeon contra suos inimicos procedens, eorum reges Oreb, & Zeb apprehendit, & interfecit. Nouum belli genus, cui primò suos milites non amat gladiis, hastis, sed lampadibus, tubis, ac lagenis, quas mandat confringere, & tunc postea districto ferro inimicos percutit? Omnibus scelerum vindicatoribus dabatur hic documentum, ut prius se communiarent virtutum splendore, bonæque famæ voce, & tunc eximant gladios, ut in alios supplicium, ac vindictam exerceant. Hinc Gedeon prius suos milites lucernis exornat, & postea lagenas mandat confringere, in quo aliorum pœna innuebatur, & idè post fulgorem luminum ad necem se accingit. Philippus Abbas Præmonstraten. Epistol. 19. *Video*, ait, *in tubis, hydryis, & lampadibus pugnantium fortitudinem, quia in tubis figuratur vox hortatoria, & sonora prædicatio Prælatorum; in confractis hydryis carnis castigatio, & depressio motuum leuorum; in ostensis lampadibus bona opinio, & forma bene lucens, & illuminans oculos subiectorum.*

QVÆSTIO IX.

Quare cum in alio euentu officium iudicis Christus à se repulerit, illud hic in negotio adulteræ agit?

61.

Luc. 11.

Beda.

Glossa.

Haymon.

Christus ad temporalia morsu, valde sedulus ad spiritualia.

62.

Isai. 65.

Ezech. 23.

De paterna hereditate duo fratres inter se contenderent, & vnus circa hanc rem conuenisset ad Christum, ut alteri fratri suo imperasset, ut cum eo faceret diuisionem, Christus iudicium à se abiicit dicens: *O Homo quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos?* Luc. 11. num. 14. At in præſenti casu mulieris adulteræ vices iudicis agit, dicens. *Qui sine peccato est primus in illam lapidem mittat.* Vbi Beda. *Ecce iterum iustitia indicandi.* Glossa, Haymon, & alij inquit. Iustitia est hæc sententia. Inter duos fratres agebatur de temporalibus bonis. Hinc in eis Christus iudicium non exercet, utpote ab eo res valde aliena. At in præſenti cum negotium incidisset de remedio huius mulieris, ac de salute eius animæ, non valuit se cohîbere diuina pietas absque eo quod subueniret, & auxilium conferret.

Facta est Dei promissio, quod in quacunque hora peccator ingemuet; exaudietur. Isai. 65. num. 24. *Adhuc illis loquentibus ego audiam.* Ezech. 23. num. 9. *Ipse inuocabit nomen meum, & ego exaudiam eum.* Quomodo huiusmodi promissiones compatiuntur cum illa parabola, quam Sylueira in Euang. Tom. IV.

proponit Christus, quod cum amicus quidam alta nocte concurrisset ad ostium sui amici, & passans cum excitasset, ac tres panes perisset, quod ei in illa hora quidam hospes superuenerat; tunc ille intus respondit. *Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi.* Luc. 11. n. 7. Cur modò tot difficultates in dando interponuntur, cum homini contrito tanta diligentia addit diuina benignitas? In parabola petuntur panes, at in contritione salus animæ exquiritur; & si in largitione panis, ac temporalium mora interſit, difficultatēque obſticiantur: At in spiritali remedio animæ, ut per contritionem mundetur, sine vlla dilatione valde festinanter præſto adest Dei clementia condonans peccatum, & suam gratiam dans, & communicans, qua mirificè animam condecorat, ac locupletatur.

E contra verò homines huius sæculi, ut se se terrenis committant, omnia illis apparent præuia, & facilia; at verò ut se spiritalibus tradant, multa obstacula, ac contrarietates se se illis opponunt, quibus retardantur ne de salute animæ suæ agant; Cum ob murmuratorem contra Dominum serpentum moribus multi è populo perirent, ex Dei mandato fecit Moyſes serpentem æneum, & posuit eum pro signo: quem cum percussis aspicerent, sanabantur. Numer. 21. num. 9. Serpentis aspectus nullus ex populo contradixit, nullusque in eo aliquid inuenit quod ei displiceret, sed omnes magno applausu approbant, ac certatim oculos ad serpentem erigunt. Exaltatur filius Dei in cruce pro omnium salute. Tunc ait Paulus: *Iudaïs quidam scandalum, gentibus autem stultitia.* 1. Cor. 1. num. 23. Valde mirum, quod serpens patibulo affixa omnibus placuit, omnibusque bene visa est; At filius Dei crucifixus quibusdam fuit scandalum, aliis stultitia. Quod notans D. Ephrem ait, *Serpentem adorant, Christum auersantur, propter serpentem crucem colunt, & crucifixum Christum non adorant.* In serpentis aspectu temporalis vita incolumis inerat, inde omnibus plautibilis, ac grata visa est; at verò ex Christo crucifixo vita, & salus omnium spiritalis manabat, cuius vbertatem homines non agnoscentes quibusdam fuit scandalum, aliis stultitia.

Ioann. 8. n. 9. Audientes autem vnus post vnum exhibant incipientes à senioribus: & remansit solus Iesus, & mulier in medio stans.

VERSIONES.

Gracus. Audientes autem à conscientia redarguti.
Arabicus. Cum audissent hæc, ex eo intelligentes ignominiam cœperunt exire.
Vatablus. At illi audientes hæc singularim alius post alium exhibant initio facto à senioribus.
Pagn. Arias. A senioribus vsque ad extremos, & reliquus est solus Iesus.